

NOTITIA VTRAQVE CVM ORIENTIS TVM OCCIDENTIS VTRA ARCADII HONORII QVE CAESARVM TEMPORA, illustre uetus statis monumentum, imò thesaurus prorsum incomparabilis.

PRAE cedit autē D. Andreæ Alciati libellus, De magistratib. ciuilibusq; ac
militaribus officijs, partim ex hac ipsa Notitia, partim aliunde desumptus.

cvi succedit descriptio urbis Romæ, quæ sub titulo Pub. Victoris circum
fertur: & altera urbis Constantinopolitanae in certo autore, nunquā antehac
typis excusa, Imperialium uidelicet ac primariarū sedium utriusq; Reipub.

s vñ iungitur Notitijs uetus statis liber DE R E B V S B E L L I C I S ad Theo
dosium Aug. & filios eius Arcadium atq; Honorium, ut uidetur, scri-
ptus, incerto autore. I T E M , ne quid de antiquo exemplari
omitteretur, Disputatio Adriani Aug.
& Epicteti philosophi.



b . 7

BASILEAE, M D LII

Cum gratia & priuilegio Imp. Maest. ad annos quinq;

CLARISS> VIRO D> ANDREAE

VESALIO, INVICTISS. CAROLI AVG.

medico Sig. Gelenius Salutem.



VI opus hoc tot seculis abditum, in lucem tandem prodi-
re ex officina Frobeniana literatorū cōmodis iam dudum
deditissima gestiens patronum sibi quæreret: merito con-
ueniēs uisum est uir doctissime, ut ad te IMPERATORIS
summi medicum, iret Imperium tam graphicè depictum:
quandoquidem ipsi Augusto fortè non uacat nunc hæc
prisca cognoscere. Ordinauit primū, ut erat necesse mu-
tata republica, ciu's prouincias ille Augusti nominis conditor, dispositis per
limites & cætera opportuna loca legionibus, creuit post hunc prouinciā arū
numeris Adrianū usq; Cæsarem: qui multa nouauit circa dispositionē ha-
rum: mansitq; eius institutū usq; Diocletianū seralem p̄q; principem: quo
tempore ascito in rerum fastigium Maximiano collega potestatis sacrosan-
ctæ, sub duobus Augustis totū orbem Romanū moderantibus, dignitates
etiā inferiores duplicatae sunt: ac paulo post iubente Constantino religio-
sissimo Cæsare Oriēti quoq; noua Roma addita. Mutauerūt & successores
quædā, pauca tamen. At in hac postrema dispositione, quæ usq; fatales illas
Barbarorū irruptiones paulo post secutas durauit, tam cōtinuus ordo est,
ut si quis obseruet partitionē, primū in dioceses, mox in prouincias, ceu ma-
iora minorac̄p mēbra totius corporis: ad hæc Rectorū tam ciuiliū q̄p milita-
riū quosdā gradus: dignitates itē palatinas ac officia, tum minores apparis-
tiones celsarū potestatū, suis quæq; locis apte disposita, res ipsæ satis decla-
rent nomina sua, tamē quædā non admodū protrita, nec passim apud ue-
tustiores obuia. Vetus Ammianus Marcellinus lucis aliquid potest his ad-
dere, & ipse recipere non parū. Expectabamus & Beati Renani explicatio-
nē uocū aliquot recentiorū: sed dum cunctatur, fatig cōcessit re infecta, nisi
quod luculentā Illyrici descriptionē, hic adiectā, reliquit. Quia uero in hoc
codice crebra sit mētio Ducū atq; Comitū, quæ dignitates hodieq; proximè
regiā sunt, libet quæ de harū origine obseruauimus, cōpendio dicere. Ut
cunq; rei Romanæ summa post quingentesimū fermè annū rursum ad unū
caput rediit, non cōtinuò tamē omnis antiquata est senatus autoritas, nam
Cæsar Octavianus, princeps populi Romani appellari uoluit non rex, tri-
bunitia potestate contentus, omissa dictatoria, nec à Tiberio, molesto licet
principe, extorqueri sibi passi sunt patres cōscripti id qđ Augustus reliquū
ipsis fecerat. Primus Caligula ex professo dominū egit, ac ne diademate qui
dem abstinuit, quo cæso senatus iniurię memor, Cæsarū gentē ac nomē de-
creuit tollere. & fecisset, ni coactus fuisset militū Claudio fauentiū uiolētiæ
cedere. Secuti aliquanto post meliores principes habuerūt suū honorē am-
plissimo ordini, et in primis Adrianus, qui quidē Adrianus tandem senatū in
aulā suā quodāmodo transtulit, nam receptis senatorū optimatibus in ami-
corū cohortē, quæ superiorū imperatorū tēpore promiscue cōstare solebat
ex equestri ordine ac se natorio, domesticū quendam senatū circa se habuit:
qui quoniā is cōtinuatis penē delectaret peregrinationsibus, comitatus Cæ-

ILLYRICI PROVINCIARVM VTRIQVE IMPERIO


CVM ROMANO TVM CONSTANTINOPOLITANO SERUIENTIS, DESCRIPTIO.

BEATUS RHENANVS LECTORI S.



V M Romani Imperij præter eam quæ Romæ erat ueterem unicamq; sedem, altera noua constitueretur in Oriente apud Byzantium, quæ tum Constantinopolis ab auctoritate & amplificatore suo Constantino Aug. dici cœpit, atq; ex una Republica duæ Republicæ fieret, Occidētis una, altera Oriētis; id quod biceps aquila designat (magni fane errore eius quæ tamen nominare nolo, qui Maximiliano Cæsari persuadere conabatur ut bicipitis aquilæ symbolum pictū sculptum ue quasi monstrum aboleri per edictū ubiq; iuberet) accidit ut etiam magistratus noui propter eam diuisionem crearentur ad peræquationem quandam ipsius iam gemini Imperij. Exempli gratia, In Occidente uir illustris Praefectus Prætorio Italie in sua latissima administratione ctiam sibi attributas habebat Illyrici prouincias sex (quod ego docèdi causa Illyricum Occidentale uoco, quoniam ad Occidentis Imperium pertinebat) has uide licet: Dalmatas, Pannoniam primam, Pannoniam secundam, Saviam, Noricum mediterraneum, & Noricum ripense. Proximus erat cum Praefecto Vrbis Praefectus prætorio Galliarum amplissimus magistratus. Ad huius ergo ordinationis imitationem, ne quid Orientali Imperio ad splendorem deesset, præter Praefectum prætorio Orientis, & Praefectū Vrb. Constantinopol, institutus est quodammodo Praefecto Prætorio Galliarum respondens Praefectus prætorio per Illyricum (ut & Magister militum per Illyricum) cui subiectæ sunt duæ dioeceses Macedonia & Dacia, quarū quæuis in suas prouincias rursum subdūxit, quemadmodum in hac charta licet intueri iuxta autoritatem eius uoluminis quod Notitias Orientis & Occidentis scriptura picturacq; exprimit, hoc est, nouas immutati Imperij formulas sub posterioribus Imperatorib. quarū bonam partem DOMINVS NOSTER THEODERICVS, quem vulgus Veronensem appellat, primus ex Germanis per sacram pragmaticam sanctionem à Zenone Aug. in Imperij Occidentalis possessionem immissus & factus atq; à senatu populoq; Romano receptus Cæsar, sub sua ditione retinuit. Porro non magis mirum uideri debet Illyricum uetus & Occidentale sub se cōprehendisse Pannionias atq; Noricum, quam Illyricū Orientale ad Macedoniam, Thessaliam, Epirum, Achaiam, Cretam & Dardaniam usq; fuisse extētum. Sic collibuit Imperatoribus partientibus atq; ad certum ordinē prouincias redigentibus.

Imperium Orientale.



Praefectus urbis Con-
stantinopolitanæ.

Praefectus Prætorio
Orientis.

Praefectus Prætorio
Illyrici.

Illyrici Orientalis
dioceses duæ,
Macedonia &
Dacia, quæ erant
sub dispositione
illustris Praefecti
Prætorio per Illyricum.


Macedonia
erant Prouinciae sex.

Dacia Pro-
vincie quinque

A C H A I A habebat Proconsularem.
M A C E D O N I A habebat Consularem.
T H E S S A L I A habebat Præsidem.
C R E T A habebat Consularem.
E P I R U S iuctus, habebat Præsidem.
E P I R U S noua & pars Macedoniae
Salutaris habebat Præsidem.
D A C I A mediterranea habebat Cöfum.
D A C I A ripensis, habebat Præsidem
& ducem limitaneum.
M O B I S I A prima & secunda, habebat
Præsidem.
D A R D A N I A habebat Præsidem.
P R A E V A L I T A N A & pars Macedo-
niae habebat Præsidem.

NOTITIA PROVINCiarum

Divina Providentia.



Antiquitas

Felicitas

Curru Drepanus.



Expositio Currodrepani.

Cuiusmodi pugnacis uehiculi genus, quod armis præter morem uidetur instructum, reperit Parthicae pugnae necessitas: sed hoc singulis bene munitis inueni equis duo viri, uestitu & armis ferro diligenter muniti, citato cursu in pugnam rapiunt: cuius posterior supra currum pars cultris in ordinem extantibus cōmunitur: vide licet ne facilis à tergo cuiquam præbeatur ascensus. Falces uero acutissimæ axibus eiusdem currus aptantur, in lateribus suis ansulas habentes: quibus innexi funes, pro arbitrio duorum equitū laxati quidem explicant, repressi autem erigunt falces. Qualia uero huiusmodi machinæ funera hostibus immittant, uel quas turbatis ordinibus strages efficiant, dicent melius qui usus bella cognoscunt.

Currodre-

ALTERCATIO
Adriani Aug.
& Epicteti philosophi.



◎ 人物傳記

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROBENIVM,
ET NICOLAVM EPISCOPIVUM,
ANNO M. D. LIL.

